

## Alte Drucke

# Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XLIX.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122**



Anno  
mundi

cum suo corpore, curru igneo euectus est, 4. Reg. 2.

ELISÆVS in diebus suis non pertimuit ullum principem. Historiam eius integram legant studiosi, 4. Reg. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

Cum mortuus esset, adhuc prophetabat corpus eius, &amp; mirabilia fecit, scilicet resuscitato mortuo, 4. Reg. 13.

3225.

EZECHIAS rex populi Iuda, 4. Reg. 17. 18. 19. 3. Paral. 29. 30. 31. muniuit urbem, &amp; aquæ ductibus excoluit eam, 4. Reg. 20.

In diebus ipsius ascendit Sanherib rex Assyriorum, anno 14. Regni Ezechia, 4. Reg. 18. 19. Esa. 36. 37.

In diebus eius retro redijt Sol, 4. Regum 20.

## Caput XLIX.

CONTINET encomium IOSIÆ regis, IEREMIAE, EZECHIELIS, ET XII. prophetarum. Item: ZOROBABELIS, IESV SACERDOTIS, ET NEHEMIAE. In fine repetit mentionem primorum patrum Adæ, Seth, Enoch, Sem, Ioseph.

**N**OMEN IOSIA, est sicut incensum preciosum, & odores ex myrothecio, dulcis est sicut mel in ore, & sicut musica in symposio vini. Diuinus fuit Heros ad conuertendum populum, et ad abolendas abominaciones idolatriæ. Ex toto corde periculi temporibus proiecit se in Dominum, et verum cultum Dei restituit, cum tota terra repleta esset idolatriæ. Præter Dauid, Ezechiam et Iosiam omnes reges prauaricati sunt, nam reliquerunt legem altissimi. Postea finis venit regibus Iuda, Nam coacti sunt regnum suum relinquere alijs, gloriam suam populo alieno. Hi inflammarunt ciuitatem electam sanctuarij, et desertas fecerunt plateas eius, sicuti Hieremias prophetarat, quem crudeliter afflixerunt. Hic in utero maris electus erat in prophetam, ut euelleret, destrueret, vastaret, et iterum edificaret et plantaret. HESEKIEL vidit gloriam Domini in visione, quam ostendit ei ex Cherubim. Prophetauit contra hostes, et consolationem annunciauit his, qui recte faciunt. Et duodecim quoque PROPHETARVM ossa, adhuc virent in loco, ibi quiescunt. Nam Iacob consolando erexerunt, et redemptionem promiserunt, quam certo expectarent. Quomodo ZOROBABEL satis celebrabimus? qui erat sicut an-

Kkk

nulus



*nulus in manu dextera, et IESVM filium Iosedech. Qui in diebus suis adificarunt templum, et sanctam domum Domini restaurabant, permansuram ad gloriam sempiternam: Et NEHEMIAS omni tempore laudandus est, qui euerfos muros nobis restauravit, et rursus portas statuit et obseravit, reparavitq; domus nostras. Nemo natus est super terram, qui similis sit ENOCH, qui in corpore viuens raptus est ad Dominum, nemo similis IOSEPH, qui dominus fratrum suorum fuit, et mirus saluator populi sui. Ossa eius post mortem domum relata sunt. SETH et SEM, apud homines in maximo honore habiti sunt. Supra omne autem, quod viuit et spirat, ADAM honoratus est, eo quod primus à Deo conditus est.*

- |            |   |
|------------|---|
| Anno mundi | IOSIAS rex Iuda, pronepos Ezechiae, quem superiori capite celebrauit. Nomen eius est, sicut incensum preciosum. Nam   |
| 3311.      | INCENSUM significat incensum seu thymiam Domini.  |
|            | Diuinus fuit Heros ad conuertendum populum, abolendas abominationes Idolatriæ, 4. Regum 22. 23. 2. Paral. 34. 35.   |
| 3324.      | HIEREMIAS propheta concionari cœpit, anno 13. Iosia. Electus est in utero matris, vt euelleret, destrueret & iterum ædificaret & plantaret, Ierem. 1.                                       |
|            | Prædicat ciuitatem sanctuarij electam, seu urbem Ierosolymam inflammatum & euersum iri, cap. 4. 5. 7. 26. 32. 22. & alibi.  |
| 3358.      | EZECHIEL in Babylone concionari incipit sexennio ante excidium Ierosolymæ.  |
|            | Vidit gloriam Domini in visione, quam ostendit ei ex Cherubin, cap. 1. & 10.  |
|            | Visio quatuor rotarum & animalium significat CYRRVM Christi, seu ministerium euangelij, quo, aspirante Spiritu sancto & linguis Apostolorum igneis, in omnes orbis terrarum partes vehitur. |
|            | Prophetauit contra hostes, cap. 15. 30. 39.   |
|            | Et consolationem annunciauit de reditu, & liberationem per Christum, cap. 11. 36. 37.   |
| 3364.      | Finis regum Iuda & excidium Ierosolymæ.   |
| 3370.      | DANIEL interpretatur somnium Nabuchodonosor de statua pingente seriem quatuor monarchiarum mundi.   |
| 3389.      | Iechonias rex Iudæ captiuus, ab Euilmerodach liberatur.   |
| 3434.      | ZOROBABEL, nepos Iechoniae regis, & IESVS filius Iosedech sacerdos magnus, exules Iudæos ex Babylonia in Iudæam reducant, & templum Domini ac politiam instaurant, 1. Efd. 2. 3. 5.         |
|            | NEEMIAS Iudæus, pincerna Artaxerxis regis Persarum, impetrata à rege venia, muros Urbis Ierosolymæ euerfos instaurauit, & portas statuit & obseravit, Neem. 3. 4.                           |

Vixit

Chytr



Anno mundi 3434 Vixit vsque ad tempora Alexandri magni, vt apparet ex catalogo sacerdotum, quem contexit cap. 12. in quo Iaddi Pontificis mentio fit, qui Alexandrum magnum ad urbem Ierosolymam cum exercitu accedentem, placuit.

In fine capituli, Syracides repetit mentionem Enoch, Gen. 5. Syrac. 44.

Iosephi Domini fratrum suorum,

Gen. 37. 41.

Seth, Genes. 4.

S E M, Genes. 19. 14.

Adæ, Genes. 1. 2. 3.

## Caput L.

**S**IMEON filius Onia sacerdos magnus, qui in diebus suis porticibus et peristylis ornavit domum, firmamenta altius prouexit, et superne templi circuitum reparauit. In diebus eius desertus erat fons, illum includendum labro cupreo curauit. Hic sollicitus fuit pro populo suo, et munivit urbem aduersus hostes. Opus fecit excellens, eò quod rursus omnia in bonum ordinem redegit apud populum. Quando prodibat à sanctuario, lucebat sicut stella matutina per nubes, quasi Luna plena, quasi Sol irradians templum altissimi, sicut iris distincta suis varijs et pulcerrimis coloribus, sicut rosa electa tempore verno, sicut lilia nascentia in irriguo, quasi arbuscula thuris in vere, sicut thus incensum in thuribulo aureo, quasi scyphus aureus, ornatus omni genere gemmarum preciosarum, sicut oliua fructifera, sicut cyparissus insigniter procera. Quando induebat stolam illam gloria, et toto ornatu sancto vestiebatur, et astabat ad altare sanctum, ipse totum sanctuarium circumquaque ornabat. Quando autem partes sacrificij accipiebat de manibus sacerdotum, stans ad ignem in altari accensum, tum corona fratrum circa illum erat, sicut cedri plantata in Libano, et cingebant eum sicut rami plantarum. Et omnes filij Aaron in gloria sua. Oblatio Domini erat in manibus ipsorum, coram omni cœtu filiorum Israel. Et fungebatur sacerdotio ordine vicis sue ad altare, et sacrificium gratum offerebat altissimo et omnipotenti. Extendit

Kkk 2

manum